II. poſt Trinitatis, Evang. Luc. 14, 16——24.

Agitur hoc loco de Vocatione ad Cœnam magnam. Obſervanda itaq; venit Invitationis & vocationis

- 1. Αἴτιον ſive Cauſa
  - 1. Efficiens,
    - 1. Princeps: DEUS, propter φιλανθρωπίαν Homo dictus, v. 16.
    - 2. Organica: Miniſter ejus, horâ Cœnæ ad vocandum convivas emiſſus, ibid.
  - 2. Materialis, ibid.
  - 3. Finalis: ut compareant: ——
    - 1. Propoſitio: ἔρχεσθε. v. 17.
    - 2. Ratio: ὅτι ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα. ibid.
- 2. Αἰτιατὸν & Effectus, in
  - 1. Invitatis Hominibus. Recuſatio veniendi. Cæterum παραιτήσεως hujus ſuæ rationem ducit
    - 1. Primus ἐκ τοῦ ἀναγκαίου. v. 18.
    - 2. Secundus, itidem à neceſſario, v. 19.
    - 3. Tertius ἐκ τοῦ ἀδυνάτου. v. 20.
  - 2. Vocante DEO. Ira & indignatio. Ὀργῆς hujus juſtiſſimæ
    - 2. Cauſa impulſiva, fuit ingratitudinis vocatorum Relatio ſive annunciatio, v. 21.
    - 2. Eventus:
      - 1. Electio & vocatio Aliorum:
        - 1. Civium egentiſſimorum, v. 21.
        - 2. Peregrinorum. Invitationis Horum
          - 1. Occaſio, v. 22.
          - 2. Forma, v. 23.
          - 3. Finis, ibid.
      - 2. Rejectio & reprobatio contemptorum priorum iſtorum, v. 24.

III. poſt Trinitatis, Evang. Luc. 15, 1——10.

Duo ſunt Capita Evangelij primaria:

- 1. Ad Chriſtum appropinquatio. Perpendantur
  - 1. Perſonæ appropinquantes: Omnes public. &c. v. 1.
  - 2. Finis acceſſus: ut audirent JESUM, ibid.
- 2. Defenſio, qua in ſtatu juridiciali non tàm ſe, quàm Auditores ſuos Chriſtus à Phariſæorum injuria defendit. Diligenter autem obſervetur DOMINICÆ διχαιολογίας tùm
  - 1. Ἀφορμὴ & occaſio: Διαγογγυσμὸς nim. & minitans Phariſæorum murmur, quod peccatores Salvator reciperet, &c. v. 2. (Hoc turpe & indignum putarunt.)
  - 2. Μορφὴ ſive forma, quæ eſt parabolica, ἀνακοινώσεως propoſita, quâ Antagoniſtas ſuos αὐτοκατακρίτους reddit, & unà demonſtrat, venientes illos non modo admittendos: ſed & fugientes tàm quærendos eſſe diu dum reperiantur: repertos cum gaudio adducendos, & reliquos ad lætitiã ob illud ipsũ hortandos eſſe. Parabola altera eſt de amiſſâ
    - 1. Ove, cujus duæ ſunt partes:
      - 1. Πρότασις κατασκευαστική· τὸ δίκαιον namq; DOMINUS Argumento à cõmuni omnium ſenſu & conſenſu petito, aſtruit, & hoſtib. ἐρωτηματικῶς, majoris redargutionis ergò inculcat, v. 4. 5. 6.
      - 2. Ἀπόδοσις ἀνασκευαστική. Ne quis enim excipiat: non valere conſequentiam, &c. per προκατάληψιν oſtendit, ſibi non niſi de pœnitentibus ſermonem eſſe, v. 7.
    - 2. Drachmâ, quam κατ' ἐπιμονὴν, Salvator Parabolam ſubjungit, v. 8. 9. 10. ut fortius premat adverſarios atq; confundat.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id375805311/34
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG